



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCLVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

Quarto limita procedere, si peteret restitutionem contra factum patris, sed non aduersus patrem de directo, quia tunc non esset dene ganda restitutio filio. Vi in l. si in te. C. si aduersus donatio. & ibi Iacobinus de S. Georg. nu. 2. & in d. l. cum apud veteres, nu. 1.

REGVLA CCCLVIII.

FILIO spurio in supplementum probationis non defertur iura mentum Ratio est quia spurius censetur infamis, & eius fides non facit semiplenam probationem. Ita expresse tenet Lud. Roma. in reperi. admonendi, nu. 84. ff. de iur. vbi allegat Azo. in Summa in nu. de infamis. sequitur Ioan. Baptista de Caccialup. in d. reperi. admonendi, nu. 156. & ibi Lanfrancus de Oriano nu. 51. Bal. in l. in bonæ fidei. C. de rebus. credi. Hippo. in singu. 273. Circa quâ regulam vide Gulielmum, Benedict. in repe. c. Rainutius. in verbo Rainutius de Clera. nu. 30. Tiraquel. in tracta. de nobilitate, cap. 15. nu. 4. & 15. & quod supra dixi in regula 69.

Hanc regulam ampliat uno modo, & limitat quatuor modis Hip poly. in singula, 273.

REGVLA CCCLIX.

FILIVS cõprehenditur appellatione hæredis in materia seu doli, & non extraneus. Hanc regulam probat glo. in l. etiam filij. ff. soluto matrimo. & in l. ex facto. in §. si. ff. ad Trebellia. sequuntur communiter doct. secundum Ludouicum Roma. in d. l. etiã. filij. nu. 2. idẽ Roma. in l. pro hæredi. in §. si quis tamẽ. ff. de acquiren hæred. quã opin. tenet Matthe. de Afflic. in cap. 1. nu. 40. de Vasallo decrepita ætatis, in vsibus feud. pro qua opini. est tex. in c. 1. in §. si clientulus. de aliena feud. hanc opinio. tenet Iacobinus de sancto Geor. in tract. feudorum, in verbo, præsentis, nu. 3.

Hanc regulam limitat quinque modis Ludouic. Roma. in l. filij, 2 nu. 1. vsque ad nu. 8. ff. soluto, matr.

REGVLA CCCLX.

FILIVS naturalis legitimatus non succedit in feudum, Hanc regulam probat tex in cap. 1. in §. naturales. si de feudo fuerit con trouer. inter dominum & agna. Vassal. in vsibus. feud. tenet Bald. in l. eam quam. C. de fideicommiss. Curtius Iunior, vbi allegat quã plures docto. eam tenentes in tracta. feudorum, in 3. parte, questio. 17. numero 39. Imol. in l. ex facto. colum. 6. ff. de vulg. Pala. Ruui. in l. 1. Tauri neme, 21. Marcus Mantua in consi. 45. nu. 2. Vidari-
cus